



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 137. Archiepiscopus Rigensis in Episcopatu Leodiensi successor.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

ria a Pontifice concessa, vi cuius, quam- Sæcul. XV.  
 vis non nisi Sub-Diaconatus Ordine ini- A. C. 1418.  
 tiatus esset, viginti tamen octo annis Leo- Windeck  
cap. 14.  
 diensi Ecclesiæ præfectus, relicto Episco-  
 patu uxorem duxit. Joannis enim Fra-  
 ter Guilielmus Hollandiæ, Hannoniæ,  
 Frisiæque Comes, absque prole mascula  
 decepsit, Jacobina vero, una e Filiabus,  
 dicti Comitis, consentiente populo, o-  
 mnium ditionum regimen suscepit. Joan-  
 nes ergo illam imperio deturbare sta-  
 tuens, præprimis Dordracum, Roteroda-  
 dum, & Briellam occupat. Dein suos  
 Legatos Constantiam mittit, qui cum Cæ-  
 sare conferrent, & Pontifici Episcopatus  
 sui, utpote quem cum nubendi proposito  
 conciliare non posset, cessionem offerrent.  
 Imperator prævie obtentis a Papa omni-  
 bus ad hoc necessariis, desponsat eidem  
 neptem suam, Antonii, Brabantiae Ducis  
 viduam, quam & uxorem Joannes Bava-  
 rus duxit, postquam a Sigismundo earum  
 Provinciarum, quas petierat, supremum  
 Dominium, salvis illarum privilegiis, ob-  
 tinuerat.

### §. CXXXVII.

*Archiepiscopus Rigenensis in Episcopatu  
Leodiensi successor.*

Igitur cum Joannes Bavarus Episcopa-  
 tum suum ita abdicaret, Martinus V.

C c 4                    suc-

Sæcul. XV. successorem nominabat Joannem de Walenrod Rigensem Archiepiscopum; huic quippe Cardinales Leodiensem Ecclesiam jam tum promiserant, cum a Cæsaris ac Germanorum partibus deficeret, ac in electionem Pontificis reformationi Ecclesiæ præmittendam consentiret.

*Vid. supr.  
§. 58.*

### §. CXXXVIII.

*Sessio XLV. & ultima. Finis Concilii decima sexta Novembris Anno 1414. inchoati, & 19. Augusti hoc anno absoluti.*

*Labbe Conc. to. 12. p. 258.* Tandem Patres Synodo finem impositi turi Sessionem XLV, & ultimam die 22. Aprilis præsente Imperatore celebrarunt. Ubi Cardinalis Aquilejensis Missam de Spiritu Sancto solemniter decantabat, qua absoluta Præsidis locum sibi proprium occupans, sermonem legit, dein vero Cardinalis *S. Viti in Macello* elata voce jussu Papæ ac Concilii hæc verba pronuntiavit: *Domini, ite in Pace, & omnes adstantes responderunt: Amen.*

### §. CXXXIX.

*Poloni condemnationem Libri Falckenbergii urgent.*

*Dlugosz hist. Polon. l. II. n. 376.* Jamjam suggestum concenderat Episcopus Cathanensis orationem dicturus, cum